prehendere scriptis potuero non prætermittam.

## De catapultarum balistarumq; contentionibus & temperaturis. Caput. XVIII.

SVmuntur tigna amplissima longitudine, supra figuntur chelōiæ in q̄bus includuntur suculæ, Per media aūt spatia tignorum insecātur & excidūtur formæ, in q̄bus excisiōibus includuntur capitula catapultarū, cuneisq; distinētur ne in contentiōibus moueantur.



Tum uero modioli ærei in ea capitula includūtur, & in eos cuneoli ferrei, quos ἐπισχίδας græci uocant, collocātur. Deinde ansæ rudētū indūtur p̄ foramina capitulorū & in alterā p̄tem traiiciūtur, deinde in suculas coniiciuntur inuoluunturq; uectibus, uti per eas extēti rudentes, cū manibus sunt tacti æqualē in utroq; sonitus habeāt respōsū, Tūc aūt cuneis ad foramina cōcludūtur, ut nō possint se remittere. Ita traiecti in alterā p̄tem, eadē rōne, uectibus, p̄ suculas extēduntur, donec æq̄liter sonēt, ita cuneorū cōclusiōibus ad sonitū musicis auditiōibus catapultæ tēperantur.

Balistis saxa, catapultis & scorpionibus sagittæ iaciebantur ut ex autoris scriptis uidere licet. Balistæ aūt diuersis machinis tēdebantur & uariis rōnibus efficiebātur. Quarum hanc unam q̄ hic graphice descripta est ex pluribus minus corruptā se legi, uti ex ea si q̄s fructus haberi pōt, nō morentur studiosi carētia schematis